



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXXI. An Baptisma Ioannis & Christi fuerint eiusdem efficacia  
Sacramentalis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## QVÆSTIO XXXI.

*An Baptismus Ioannis sit idem, quod Christi Sacramentum?*

**L**UTHERVS lib. de Baptismo Legis, Ioannis, Christi, via afferit discrimina Ioannis, non fuisse Sacramentum Non remississe peccata; Tu si re-baptizandos in Christo.

**L**UTHERANI omnes & CALVINIANI, & Zwingiani; quod ea sententia patrum cum cetera de Sacramentis doctrina ex haeretis contrarium docuerunt. Kemnitius solam re-baptizationem in Christo relinquit in medio. Petilianus Donatista idem olim est commentus.

**A V T O R.** Christi & Ioannis Baptisma non fuerunt idem Sacramentum. 1. Quia, suum Ioannes ipse Baptisma instituerat: unde & nomen tulit ab autore, non ut a ministro. Nec enim hominis est, Sacramentum nouæ legis instituere. 2. Quia, non baptizauit in nomine S. Trinitatis: quod singunt Centuriatores 1. b. 2. c. 6: Etsi, Act. 19. in eum, qui venturus esset post eum, ut crederent.

Probabile, nullâ vsum formâ: sed cæteros baptizasit, ut Christum: at Christum in nomine Venturi ab eo baptizatum fuisse ridiculum videtur. 3. Quia, Melanchthon in Loci anni 1558. Kemn. in definitione Sacramenti, volunt Baptismum & Cœnam à Christo instituta esse, & solum potuisse. 4. Quia, Baptismus Christinō debet iterari; debuit autē Ioannis: Quia, ait Aug. l. 5. de Bapt. c. 9. *Baptisma Ioannis non facit Baptismū Christi.* 5. Petilianus Donatistam S. August lib. 2 contra lueras Petiliani, c. 32. 34. 37 iam olim refutauit; at damnauit haeresios, idem dicentem; Vnum ciuidemque efficaciam esse Sacramentum Baptismum Ioannis & Christi. Vide Genesal p. 3. q. 9.

## QVÆSTIO XXXII.

*An Baptismus Christi & Ioannis eiusdem fuerint efficacia Sacramentalis?*

**L**UTHERANI, excepto Lutherio, itemq; CALVINIANI post Caluinum in Antid. & Inst. l. 4. c. 15. §. 7. 8. affirmant omnes.

**S**VADENT istis. 1. Quia erat, Mir. i. Predicans Baptismum penitentia in remissionem peccatorum. 2. Quia, in hoc. Mar. i. *Ego baptizavi vos aquâ; ille vos baptizabit in Spiritu S.* distinguitur ministerium externum Baptista ab interno Christi. Deinde, Baptismus Christi erat hic illa Pentecostalis missio Sp. Sancti: iuxta Act. 1. ii. 3. Patres Caluino temnendi sunt.

**A V T O R.** Ita Concil. Trid. Sess. 7. Can. 1. *Si quis dixerit, Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; anathema sit.* 1. Mar. i. *Ego baptizo vii vos.* &c. 2. Sic S. Patres quā Græci, quā Latini apud Bell. l. 1. de Bapt. c. 21. 3. Ioannis officium erat, esse præcursorum Domini, parareq; viā ei; quod non est dare salutem, sed disponere & dare scieniam salutis. Baptismus autem Christi iustificat verè.

**D I C O A D I.** Baptism⁹ Ioannis vim habuit ex opere operantis ad remittēda peccata; at nō ex opere operato, ut Christi: de qua quæstio est. Istud vero maximū est discrimen. Ita Patres.

**A D II.** Non Ministerii; sed Temporis fit distinctio quo distincti sunt dati Baptismi: Matth. 3. Luc. 3. *Ego baptizo. &c. ille baptizabit.* Baptismus vero Christi à Sanctis Patribus intelligitur isthic ille in aqua, non solum in igne. In primitiva autem Ecclesia, post Baptismum aquæ mittebatur & in igne visibilis. Fuerunt enim tria Baptismata:

Aqua

